

234 EVCLID. ELEM. GEOM.
contra basium Icosaedri oppositarum con-
iungentem.

Theorema 28. Propositio 28.

Dodecaedrum excedit Cubum sibi inscrip-
tum parallelopipedo, cuius quidem basis à
quadrato Cubi deficit rectangulo contento
sub latere Cubi, tertiaque parte, minoris se-
gmenti eiusdem lateris Cubi: At verò alti-
tudo ab altitudine, siue latere Cubi deficit,
minore segmento eius lineæ, quæ dimidiati
lateris Cubi segmentum minus existit.

Theorema 29. Propositio 29.

Dodecaedrum ad Icosaedrum sibi inscrip-
tum, proportionem habet compositam ex
proportione triplicata eius, quam habet dia-
meter Dodecaedri ad rectam lineam contra
basium Dodecaedri oppositarum copulan-
tem; & ex proportione lateris Cubi ad latus
Icosaedri in eadem sphaera cum Cubo de-
scripti.

Theorema 30. Propositio 30.

Dodecaedrum pyramidis, in qua describi-
tur, duas nonas partes continet, minus duo-
bus parallelepipedis; quorum vnus longi-
tudo lateri Cubi in eadem pyramide de-
scripti, æqualis est; latitudo verò tertiæ par-
ti mi-